

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Joachim Henning

**Pia Meditatio In Tristissimam Passionem, Et Acerbissimam, Salvatoris nostri Dn. Jesu Christi mortem, nec non gloriosam & salutarem eiusdem Resurrectionem : Carmine Elegiaco Comprehensa, Et Rostochii in Auditorio magno publice decantata ...**

[Rostock]: Literis Reusnerianis, 1608

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730486575>

Druck    Freier  Zugang



Jaachon Henningius,  
Pia meditatio in passionem Iesu Christi  
[Rostock] 1608.



89-2323

40

PIA MEDITATIO  
IN TRISTISSIMAM  
PASSIONEM, ET ACERBISSI-  
mam, Salvatoris nostri Dn. IESU CHRISTI  
mortem, nec non gloriosam & sa-  
lutarem ejusdem Resurre-  
ctionem:

CARMINE ELEGIACO  
COMPREHESA, ET ROSTOCHII  
in Auditorio magno publicè decantata, in spectabili  
virorum Clariß. & studiosissimorum juve-  
num coronâ 24. die Marty  
Anno 1608.

à

M. IOACHIMO HENNINGIO  
Lubecensi.

Esaiæ 63. vers. 3.

Torcular calcavi solus, & de gentibus  
non est vir mecum.

Ex  
Bibliotheca  
Academica  
Rostochiensis Literarum Veterianis, Anno M DC VIII.

VIRIS:

Reverendis, Clariſſimis atq; Excellentiſſimis,

Dn. LUCAE BACMEISTER OSS. Theolo-  
giæ D. Professori, ac diœceſeos Rostochiensis  
Superintendenti vigilantissimo,  
Dn. M. PAULO PETREIO itidem in almâ  
Rostochiana S. S. Theologiæ Professori atq; ad  
D. Virginis ædem verbi divini ministro digniſſimo,  
ut &

Eruditioni literarum, nec non vitæ morumq; integritate  
politissimis, ac ſpetatissimis,

Dn. IOHANNI Grotent/ Recipublicæ Rosto-  
Dn. BALTHAZARO Danen/ chiensis civibus  
Dn. HERMANNO PAPKEN. ] primarijs

Dominis fautoribus ac Mecenatibus suis honorifice colendis.

S. P.

**S**Everiſſimum DEI mandatum paſſim in Scriptura extare,  
de memoriâ beneficiorum DEI, non ſolum crebro repetendâ,  
ſed ad ſeram usq; posteritatem deducenda etiam, atq; propagandâ  
Viri Reverendi, atq; Clariſſimi, Humaniſſimi, politiſſimiq; fau-  
tores benevoli, nec ei puto ignotum eſſe qui vel mediocriter fal-  
tem in ſacris ſit versatus. Ad Obedientiam v. præcepti bujus;  
non modo eos qui publicis præstituti officijs, vel rudem pro con-  
cionebus populum docent, vel teneram in ſcholis juuentutem e-  
rudiunt; ſed omnes omnino cuiuscunq; ætatis, ſexus aut condicio-  
niſ fuerint homines obligari: non marmoreis ſculptum monume-  
tis, ſed internis conſcientiarum atq; animorum tabulis, inſignitu-  
m atq; impreſſum hæret. Si enim, qua eſt erga genus humanum inef-  
fabiли φιλανθρωπиа eternus & misericors Deus, cæleſtia bona in-  
videt nulli, certè immenſum illorum beneficiorum fructum qui  
nucleum & theſaurum ſalutis noſtræ continent, ad universos  
etiam cupit penetrare: quemadmodum & homines ipſi, qui ve-  
hementiori deſiderio & ardore perpetuam illam animarum bea-  
titudi-



titudinem affectant, eò sèpius & magis placide in jucunda horum bonorum consideratione ac contemplatione acquiescunt. Utq[ue] omisis cæteris, quod in præsentia est, agam, si unicum hoc quod h[ab]et temporibus Christianis Ecclesijs solenne est mysterium, de fructu mortis & salvatoris nostri Dn. Iesu Christi paulo penitus introspiciamus accuratiusq[ue] medicemur, tantum profecto in hoc articulo jucundæ consolationis, tantum admirandæ DEI in nos bonitatis, immensæ sapientiae, inexhaustæ Charitatis inesse deprehendemus, ut hoc q[uod] plenissimæ fonte omnia DEI beneficia, imò ipsum Numen totum ad nos derivari videatur, cuius in nobis abundantia perlustrari nec investigari unquam satis posse: Idem intelligens, & q[uod] omnibus insinuans Apostolus Paulus, salutare hoc præceptum Timotheo suo præscribit: Memor esto Dominum Iesum resurrexisse à mortuis ex semine David secundum Evangelium meum.

Quonobrem & ego salutari hac admonitione Apostoli usus, idem faciendum mihi putavi, quod unanimi & coniuncto zelo universorum Christianorum cætui incumbere videbam, ut & ipse cum reliquis pijs de spirituali hac laetitia simul communicarem.

Quod dum intendo, Viri Reverendi, Cl. Hum. atq[ue] præstantissimi, & publici juris hoc qualecumq[ue] meum pietatis exercitium facio, ne forsitan iniquam aliorū sustinere censuram cogar, vestris id nominibus, quorum studijs vera pietate antiquius, sincero candore gloriiosius, Eruditio[n]is & literarum amore familiarius nihil unquam fuit, honorificentissime inscribo, ut cum mihi benevolo hoc vestro patrocinio frui liceat, tum ut alijs inde, ad similia studia amplectenda crescat atq[ue] augeatur desiderium.

Quod ut de vobis certissime mihi persuasum habeo, ita pro hoc singulari beneficio Reverendis viris Dignitatib. nec non politis Humanitatib. vicissim me, omniaq[ue] mea studia obstringo, & easdem divinæ tutelæ comitto perpetuum. Dabā Rostoch. ferijs Paschalib.

Anno 1608.

Vestris Reverendis D. D. atque Hum.

studiose deditus

M. Joachimus Henningius.

Rector Academiae Rostochiensis,  
THOMAS LINDEMANN  
Iuris Doctor & Professor.

Nnium Poëtas Sanctos appellare solitum Cicero  
scribit, quod quasi Deorum aliquo dono & munere  
nobis commendati videantur. Euripidis Poemati di-  
vinam quandam vim & energiam idem tribuit, Ho-  
mero delubrum in multis urbibus ejus ortum sibi  
certatim vindicantibus, erectum fuisse memorat, Eiusdem Poema  
*πάσου τινὸν ἀρετῆς ἐπαίνιον* Basilius nominat. Alexander  
opus Homeris scrinio preciosissimo inter spolia Darij reperto  
tanquam unicum thesaurum reconditum habuit, & Iliadam  
*τῆς πολεμικῆς*, Odysseam *πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον* definit. Hinc  
Heroes & prudentissimi quiq; Principes Poetas veluti Deos ve-  
nerati sunt.. Aeschylum & Simonidem, Hieron. Syracusius, An-  
tagoram Rhodium Antigonus, Anacreontem Polycles, Maro-  
nem Augustus, in honore habuerunt: Idq; ideo imprimis factum  
fuit, quod Poëtae naturæ secreta, Philosophiæ mysteria, virtutisq;  
salutaria præcepta fabularum involucris tecta, mira elegantia &  
nitore tradant, atq; ita Orphei instar non hominum animos tan-  
tum demulcent, sed & Saxa ferasq; commovere dicantur. Ve-  
rum enim yero ut Poësi huic dignitatem suam relinquimus illæ-  
sam, ita eos præ his maximè laudanos arbitramur qui omissis fa-  
bulis, post habitis fictionibus, vim ingenij in veri Dei laudem  
convertunt, dulci carmine suavem Divine majestati suffitum ex-  
citare, Spiritui sancto Pœana & gratum melos canere satagunt.  
Quo nomine Christiani Poëtae Ethniciis istis multis parasangis,  
quod dicitur; præferendi sunt, qui non de Æneæ ad Inferos de-  
scensu, non de Acheronte, Æaco vel Rhadamanto aut Elisij cam-  
pis fabulantur, sed Salvatoris nostri mortem, crucem, passionem,  
generis humani redemptionem, orci oppugnationem, & aeternæ  
vitæ dulcissimam quietam, concinnis, aptis, & ex sacro latice de-  
promptis verbis describunt, Verum enim illud Cleanthis apud  
Senecam esse & poesi sacræ convenire agnoscant: Quemadmo-  
dum Spiritus noster clariorum sonum reddit, cum illum tuba per  
longi canalis angustias tra&tum patentiore novissime exitu effun-  
dit: sic sensus nostros clariores carminis arcta necessitas efficit.

Eadem

Eadem negligentius audiuntur minusq; percutiunt, quam diu  
soluta Oratione dicuntur, ubi verò accessere numeri, & egregium  
sensem adstrinxere certi pedes, eadem illa sententia quasi lacerto  
excussa torquetur. Neq; verò solum majorem vim & pondus ha-  
bent, quæ numeris adstricta sunt, sed & celerius in animos no-  
stros influunt & arctius memorie infiguntur. Unde & sancti pa-  
tres religionis Christianæ propagandæ studio accensi, veteris & no-  
vi Testamenti mysteria poëticis numeris illustrarunt, & ad poste-  
ros propagarunt. Cum enim Julianus, qui ob scelus desertæ fidei  
fœdum Apostata nomen tulit, præter alias disciplinas etiam gen-  
tilium poëtarum lectionem Christianis inter-dixisset, singulari  
numinis providentia factum est, ut Apollinaris Syrus, vir insigni  
eruditione & eloquentia prædictus, præter Dramata quædam sa-  
cra, etiam Davidicos Psalmos, & veterum Hebræorum Historiam,  
usq; ad Saulis regnum in XXIV. libros distinctum Heroico car-  
mine, ad Homeri exemplum contexeret, atq; ita veterum scripto-  
rum jacturam sua diligentia compensaret. Hujus exemplum se-  
cuti postea D. Gregorius Nazianzenus, Nonnus, Marius Victor,  
Iuvencus, Sedulius, Alcinus, Avitus, Prudentius, & alij, qui planè  
divinis & Angelicis versibus Ecclesiam illustrarunt, ac primi no-  
bis viam patefecerunt, qua ad Carmen in Dei laudes, condendum  
ad veterum Exemplar iretur. Non itaq; male tempus collocant  
horum vestigia sequentes nostro quoq; seculo qui res divinas, hi-  
storias sacras, metris complectuntur, & Dei laudes & in genus  
humanum clementiam, pijs numeris celebrant. In quorum nu-  
mero cum Doctissimus vir juvenis M. Joachimus Henningius, Reve-  
rendi Viri Dr. M. Georgij Henningij, Ecclesiastæ Lubecensis filius,  
recenseri studeat, ante paucos dies, de Passione & Resurrectione  
Salvatoris nostri Iesu Christi, cuius memoriam hoc tempore Ec-  
clesia celebrat, doctum & politum Carmen composuit. Id verò  
cum cras hora 1. pomeridiana publicè recitare decreverit, Do-  
minos Professores, Doctores & Magistros, Studiofissimos juve-  
nes, omnesq; adeò Academizæ cives, rogatos volumus ad dictam  
horam in auditorio Magno frequentes convenient, Deo Salvato-  
ri nostro, pro nobis mortuo & crucifixo gratias agant, ejusq; lau-  
des devota mente decantent, & Dominum Magistrum ad majo-  
res conatus attentione sua excitent. P. P. Rostochij 23. Martij  
Anno 1608.

A 3

Fest 4



**E**sta dies ; at mœsta dies, qua Christus acerba  
Imperium voluit sponte subire necis :  
Flete piæ mentes, lacrymarum pandite rivos.  
Tam, lacrymis dignum, nobile funus, erit.  
Flete, velut caræ deflent sua pignora matres,  
Ceu frater frarem, ceu socius socium.  
Nam modo qui crudæ gustarit pocula mortis,  
De nostro natus sanguine frater erat.  
Et nos fraternalia plus quam dilexit amore,  
Clade sua, æterno, nos redimendo, jugo.  
Imo non lacrymis; sed erit decoranda triumpho,  
Ardua, magnanimo gloria parta, duci.  
Quin scisso, nostram doleamus pectore, culpam,  
Quæ tanti fuerit causa & origo mali.  
Ut cœli Dominum, superum de sede beatâ,  
Traxerit ad diri tormenta supplicij.  
Ille quidem victor nunc ad sua regna reversus,  
Læticia, terris tot cumula vit, opes.  
Fæsta dies & læta dies: qua Christus acerba  
Imperium valuit vincere triste necis.  
Læta dies, quâ te victorem Christe sonamus  
Serpentis stygi comminuisse caput.  
Gen. 3. v. 15. Scilicet hoc vetus est, & non mutabile fædus  
Sic olim æterno constitente Deo:  
Vsq; fremens odys, bella horrida, bellua tentet  
Et viridi frustra pene venena gerat,  
Faminei contrâ pugnabit seminis Heros  
Vitriçus premet colla superba pede.  
Hæc ne vanâ cadant oracula, Christe furorem  
Cogeris & Sathanæ tela dolosq; pati.

Namq;

Namque hoc perpetuo tristi manet orbe duellum  
Ag<sup>n</sup>us cum s<sup>r</sup>e vo conserer<sup>t</sup> angue manus.

Militat in terris Ecclesia, parta corona es<sup>t</sup>,  
In cælis deinceps quām Deus ipse dabit.

Venilar h<sup>i</sup>c roseo vexilla notata cruore,  
Illic sed palmas candida turba geret.

Intereā mundi & Sathanæ ludibria perfert  
Et quævis, Christi nomine, damna facit.

Sed licet infirmam Sathanas evertere tentet,  
Non tamen in cineres illa subinde ruer.

Fam pridem hæc Christi solido fundamine moles  
Nititur, & nullo frangitur inde metu.

Non hanc inferni poterunt convellere portæ:

Non Phlegetontæ precipitare duces. (sunt,  
Quid Sathanas, quid mundus atrox, quid Tartara pos-

Que mors, que noxa es<sup>t</sup> hoc superante duce?) Ad Rom. 8.  
Cuncti, odijs infesta fremunt; virtute potentis  
Dextræ, sed pessum cuncti abidere thæ.

Tu Sathanæ morsus; & mortis spicula frangens.  
Exeris indomitas viel or ad arma manus.

Teque nihil potuit contra; sat es omnibus unus,  
Nil barathrum potuit, nil Draco, morsque ferox

Oreque inexpleto, qui primum absorperat omnes  
Diductis frustra rictibus orcus hiat.

Et stygius serpens spiret licet omne venenum  
Nil praeter calcem lædere juris habet.

Eia quis hæc memori referat non omnia sensu?  
Ecquis homo justo priuet honore Deum

Hæc si forte cui minus impia pectora tangunt  
Certè non hominis nomine dignus is es<sup>t</sup>.

Nec faciet Christi meritis hunc gratia dignum  
Scandat ut æthereas, post sua fata, domus.

Apoc. 3. v. 4.  
v. 5.

Matt. 16. v.  
18. & 19,

Ad Rom. 8.  
v. 15.

Gen. 3. v. 34.

Ergo

**E**rgo cum sanctum velit hoc Ecclesia tempus  
Mentibus esse phys : ò studioſa cohors.

Nos juvet hoc etiam sanctis impendere curis,  
Quodquod perpetua cura salutis agit.

Quo sibi thesaurum clam recto ponit avarus  
Mente ibi sollicitâ plurimus esse solet.

Famq avidâ tractando manu sibi gaudia quærit!

Fam splendore oculos pascere inanè juvat.

Quod si adeò intenti levibus sumus atq, caducis,

Cur non in magnis æmula cura par es?

Ipse homini Christus se placabilis offert,

Cumq suis meritis omnia nostra facit.

Et tamen usq adeò quorundam pectora languor  
Obsedit; vix hæc auribus ut capiant.

O decus oprarum Musis ô pulchra corona.

Huc te Religio cum Pietate vocat.

Hand te difficultem nostris ostende Camanis

Quodq probat pietas, tu quoq sponte probes.

**N**unc me Magnifici Rectoris adire favorem

Atq patrocinium, Musa parare jubet.

Illi, (Musarum squidem data sceptra regenda)

Proximus à Phæbi numine pendet honor.

Illi imperij est, quod in hac Sapientia sedem

Pulsa Barbarie, fixerit arce, suam,

Illi curæ, quod tam benè culta roseta hæc,

Præ reliquis, videas esse in Sonore, scholis.

Illi es curæ: quod curi vivimus, & quod

Carmina possimus grat a uovere Deo.

**T**um vestra, ô senio pietate fideq verendi

Dostores, timidum fulciat Integritas.

Me squidem vestri solabitur aura favoris,

Mollius incepto tramite curret opus.

Nec

Nec facile ingratum me sera redarguet etas  
Perpetuo, at vestrum uomen, honore colam.  
Verum ut propositi ratio certissima constet  
Ordo, quo referam singula, talis erit.  
Primam suppeditet mihi lucta gravissima telam  
Qualis in extremo Christus agone fuit.  
Quosq; animi interne cruciatus passus acerbos,  
Ardua quot sancto corpore flagra tulit.  
Deniq; ut in ligni, pro mundo mortuus arat  
Facta sit, aeterno, victima grata, DEO.  
Altera pars, Christi refert post fata triumphum.  
Hostibus ut vires fregerit ille suis.  
Hoc caput & fons est nostraeq; salutis origo  
Quod nisi mens teneat, perdita turba sumus.  
Nam nisi funereo Christum redijisse sepulcro  
Credimus; in vanam cetera cuncta fluunt.  
Has intra mea erit numerosa oratio metas,  
Hunc mea collimant tela ferire scopum.  
Sed quia non tanti mysteria pandere verbi  
Humano saltu pendet ab arbitrio.  
Non hoc ingenij committere viribus ausim;  
Pergo tamen summi numinis auspicio.  
Ergo mihi faveas, qui majestate verenda  
Ad patris dextram Christe benigne sedes.  
Tuq; tua virtute animis illabere nostris,  
Irradians sancto flamme cuncta tuo.  
Ut tua dum celebri in catu mysteria pando,  
Vivificum flambeum pectora nostra regat.  
Tu mentem incertam, tu linguam Christe gubernas  
Ut valeat laudes equiparare tuas.  
Si cum praesidium nobis divinitus adsit.  
Fortiter obstantes rumpe Thalia moras.

B.

Quatuor

Quatuor, ad sex lustra simul, compleverat annos  
Dum vita in tristi limine Christus erat.  
Noverat æternis juxta decreta parentis  
Extremum fatis appropereare ditem.  
Quo mundi ingrati posse commercia linquens  
Cælestes in patriam morte pararet iter.  
Ergo animo curas, & tristia fata volutans.  
In varias partes anxia corda trahit.  
Ceratim tristes eocunt in pectore curæ,  
Sed tamen in solid mens statione manet.  
Non secus ac scopulos aut saxa frementibus undis  
Inconcessa tamen seva procella quatit.  
Cogitat hinc, mundi quam sit tristissima labes;  
Quam gravis offendit numinis ira foret:  
Tum quid divina velit accusatio legis;  
Quid mortis stimulus, quid Sathanæ furor;  
Sed tandem precibus casus solatur amaros,  
Verbaq dilecto cum genitore facit.  
Adsum sancto parens, tua iussa capessere promptus  
Psalm. 40. Signa voluntatis da mihi certa tuæ.  
v. 9. Namq; hoc si fixum manet, atq; hac certa tibi mens  
Nec generi humano spes aliunde datur:  
Quam si morte mea capios de morte reducam,  
Non mundi patiar me superesse malo.  
Sed moriens ultrò, Genitor, tua iussa capessam,  
Atq; Erebi captos associabo polo.  
Nam primum Phœbe radius incenderat orbes,  
Et tremulo ardebat per vigil igne polus.  
Egreditur Solymæ portis, querit victimæ nomen  
Indiderat, mundi victimæ grata D E O.  
Transit & impuro stagnantem flumine Cydon  
Solusq; irarum mæsta fluenta biber.

Tum

Tum fati memor instantis, luctusq; suorum;  
Suspirans, sociis talia verba dedit.  
En suprema dies socij, quamq; ipse propinquam  
Prædixi tories, nox tenebrosa uenit.  
Clade meâ offensi me cuncti destituetis  
Dispersosq; fugâ vos metus asper aget.  
Non secus ac vigili cœso custode, reliet  
Montibus incertis quando vagantur oves.  
Tum Petrus; heu fragili nimium, sic voce locutus  
Parce, viris sodes talia verba loqui.  
Non adeò nobis demissio in pectore languet  
Virtus, aut quovis turbine fracta cadit.  
Nec tam robustos animi feritate leones  
In lepores subito degenerasse putet.  
Quod si omnes (ab sit) fugiant ex omnibus unum  
Egregi dicas me superesse fide  
At Dominus contra mansuetu pectore fatur,  
Et levibus pœnis effera corda domat.  
Desine magnificis tam vana excollere verbis  
Ventosâ in lingua spiritus iste sedet.  
Imo perjuro, me ter prius, ore negabis  
Quam bis cantarit nuncia lucis avis.  
Ille magis stimulans audacia pectora verbis  
Constanter pergit fervidus ore loqui.  
Tum me suppicio quo vis aut fulmine dignum  
Æternas pœnas demeruisse putem.  
Quo tibi quo tandem nostri fiducia cessit  
Et dubiis rebus sâpe probata fides?  
An virtus animo perire num corpore robur,  
Aut si opus est pugn lanquet ad arma manus?  
Non si mors aderit, mortem rear esse timendam  
Tecum si vixi, tecum obeamq; lubens.

Hortus, ubi pingui stillabat succus olivâ  
Gethsamane proprio nomine dictus erat.  
Non longè sanctâ Sôlymorum dissitus urbe.  
Huc solito Dominus more resumit iter.  
Nam ceu prima mali labes succere vit in horto  
Sic fuit hîc primo nostra paranda salus.  
Noverat huc aditum, scelerumq; inventor Indas.  
Quo sibi jam tritam jecerat ille viam.  
Quando se curis Dominus lâdere volebat,  
Aut precibus patrem sollicitare pîs.  
Tres fidos comites Petrum legit atq; Iohannem  
Jacobumque: pater queis Zebedæus erat.  
Tum subit anxietas & desperatio mentem,  
Amplius & nolunt vulnera rupta regi.  
Quin luctus aperit, mæstoq; ita pectore fatur:  
Nam tristem ferè mors occupat hanc animam.  
Vobis interea ne fors tentatio crescat,  
Cura sit intenta flectere mente Deum.  
Ut me jam trepidâ persantem mortis in umbra  
Servet, & in vobis augeat usq; fidem.  
Dixerat; atque viri iactu divellitur inde.  
Pronus humili, facie gramina summa legens.  
Sternitur in faciem nudare volutus arenâ  
Et tales mæsto concipit ore preces.  
Abba Pater, cui cuncta soli cæliq; potestas,  
Illa modo infelix transcat hora jube.  
Et calice hoc ( si non votis indebita posco )  
Duro equidem & tristi me pater alme leva.  
Sed non propterea genitor, tua jussa recuso  
Omnibus hæc votis sint priora meis.  
Mox ubi tantillum à precibus cessaverat ardens.  
Prima eſt desertum visere cura gregem.

Illi

Illi per molles effusi graminis herbas,  
Languida torpenti membra sopore fovent.  
Sed tamen alloquitur, vos somno ducitis horas;  
Tempus an exiguum non vigilare juvat?  
Heu nimium lentoſ oculis depellite ſomnos,  
Et vigili potius querite mente D E V M.  
Spiritus adverſus carnem luſtarier audet,  
Promptus is exiſtit, ſed caro languet iners.  
Ille repugnantem ſi debet vincere carnem  
Indiget æterni Numinis auxilio.  
Dixerat atque eadem jam ter pia vota precatus  
Concipit, & trifti mole gravatus ait:  
Alme parens, ſi non mihi ſpes aliunde refulget,  
Quia mihi qua præbes pocula amara biham.  
Non erit ingratum, quicquid tua ſancta voluntas  
Fuerit; obsequio ſervio ſponte tuo.  
Ecce autem cœli delapsus ab æthere ſummo;  
Nuncius inſolita luce ſtupendus ades.  
Dicta ferens patris, in tanto, ſolatia, rerum  
Turbine, quo trifti corda dolore levet.  
Cæleſtiq; aurâ curarum mitiger aſtus,  
Viribus abſumptis reſtruendo novas.  
Qualis enim hinc ſudor, quando qui mole gravatur,  
Sole ſub ardentि pergit inire viam.  
Taliſ homo Christus iuſta genitoris in irâ  
Pondere peccati cum premeretur, erat.  
Illum inimicorum validiſima turma ſecuta eſt,  
Mors fera, mundus atrox, Lex, Sathanæ fu-  
ror,  
Hinc illi lacrymæ, ſudor, ſanguis parantur  
Tam largis venis hinc cruor ille ſalit.

Elaiz 63. *Ipse hæc calcavit quia torcularia solus.*  
*Et non mortalis venit in auxilium.*  
*Aeq; hinc, uvarum, stola candida, tincta rubore est.*  
*Et vestis cerebro sanguine sparsa rubet.*  
*Hæc paulum residere animis, & figere mentem*  
*Sedula nos pietas, officiumque monent.*  
*Musa mihi causas memora, quæ numina lœsa,*  
*Quidvæ Deum ac hominem tam miseranda pati*  
*Impulerit! vitæ ingentes tot adire labores*  
*Et tandem in rigidam mortis abire crucem.*  
*Natus in hunc mundum tristi sine semine labis*  
*Et culpæ & pœnæ lege solitus erat.*  
*Summa, patris summi, dilectio, summa voluptas,*  
Matth. 2. *Ut Patris è cælo verba dilecta sonant.*  
*Quem super æquales unum complexus amore est*  
Psalm. 45. *Atq; olei lato tinxit odore caput.*  
*Et quia nil culpæ meruit, quo nomine solus*  
*Tanti supplicij debuit esse reus?*  
*Vicit iter durum pietas, & maximus ardor*  
*Quo Christus sponsam fecit, amatq; suam.*  
*Namq; ubi perpetuâ mortis nos lege teneri*  
*Senserat atq; Erobi triste subire jugum.*  
*Vtq; hominum nulli mortali semine creto*  
*Fas erat offensum conciliare patrem.*  
*Iam magis exarsit sponsæ pereuntis amore*  
*Captivas q; suâ morte, redemit oves.*  
*Indoluitq; homines manuum figmenta suarum*  
*Perpetuo mergi funeris exitio.*  
*Quare terribili se patris subjicit iræ,*  
*In se deripans fleibile Legis onus.*  
*Non aliter quam si factis patraverat ipse,*  
*Fœda quo immundus crimina mundus habet;*

Nam

Nam sese abjectum sentit, vereq; dolores  
In tristis patitur mente animaq; graves.  
Perpetuamq; Dei timet in se vindicis iram,  
Ne tandem ad Scyrias præcipitetur aquas.  
Hinc truculenta minis mors imminet inde ferocem,  
Peccati stimulum, lex dat habere neci.  
Tartareiq; duces extremum robore tentant  
Vnus ad his cunctis objicit ille caput.  
Sanguinis hinc latices, tam largis rumpere venis  
Cernas, & gelidum mittere corpus aquas.  
Non secus ac spumant si torcularia rivis,  
Nobilis e pælo cum facit uva merum.  
Tantæ molis erat lapsam reparare salutem,  
Tam gravis offensi numinis ira fuit.  
Pone Deum conterà mortalis homuncio cristas  
Et grave peccati disce carere malum.  
Ut tandem extremo se vix in agone refecit  
Salvator, socios convocat inde suos:  
Vos an adhuc trahitis sine sollicitudine somnos,  
Cum me supremi funeris hora vocet?  
Ah vigilate modo, nam surgere tempus, eamus:  
Hostibus, en qui me prodet, amicus ades.  
Si coram sœvos inimicus stringeret enses,  
Aut clam fallaci nepteret arte dolos.  
Seu famam mihi dente malo laceraret honestam  
Æquior in tali mens mea forte foret.  
Nunc mihi at insultat fidus comes atq; sodalis  
Quem penes arcani debuit esse fides.  
Quem mihi consiliū toties adhibere fidelem  
Sum ratus, ille necis perfidus author erit:  
Vix ea finierat, cum sese prodit in armis  
Sœva Sacerdotum plebs furiosa, manus.

Dux

Dux erat his , scelerum cædisq; boreator Iudas  
Mancipium Sathanæ , verriculumq; stygis.  
a) Psalm. Hie prior incessu cervam (a) vestigat & ardet  
22. In prædâ reliquos exagitare canes.  
Longius era micant , lucent funeralibus agri  
Iam clypei resonant , & quatit astra fragor.  
Dumq; fremunt magnis clamoribus , obvius Heros  
Hostibus increpidus prodijt ipse suis.  
Huc inquit quæ causa viæ , quem queritis adsum .  
Hos finite illæsos libero abire pede .  
Vnus ego vestræ explebo deditus iras  
Vnum pro multis objiciamq; caput.  
Sic ait & bis se quærentibus obtulit ultrò.  
Cur se præsentem non adiere , rogar.  
Mox verbo miles cecidit seu fulminis istu  
Et verbo redijt pristinus ille vigor.  
Ut tandem fuerant ausi comprehendere Christum ,  
Qui tamen his cunctis fortior unus erat.  
Tum Iudas Christum sic proditor ore salutat ,  
Salve præceptor , dignus amore coli.  
Sic ait , & blandis interserit oscula verbis :  
Oscula quæ signum prodictionis erant :  
Vipereum Christus prodire ex ore venenum  
Atq; suæ authorem sensit adesse necis ,  
Quem sibi non talem promiserat , ergo furentem  
Perfidia insimulans , conscientia corda querit :  
Hac vero emeruit comitum fidissime , noster  
Oscula amor , tantâ præmia digna fide ?  
Haud equidem heccepigi tecum , commercia quondam  
Quando mibi primum nomine notus eras.  
Imò qui tecli consors , potusq; cibiq; es  
Iam me , jam saevō , proteris , ecce pede

Vix ea

Vix ea fatus erat cum circumfusa repente  
Insonem vinclis plebs furiosa ligat.  
Ac veluti si quando canum latratibus actus  
Incidit incautus retia fulvius aper,  
Pastorum circum saevit manus, ad sua quisquis  
Præceps arma volat si qua parata videt.  
Pars hastas glomerat, pars mittit arundine glandes,  
Et celsis roboant concava saxa jugis:  
Sic Christum obfessum longè fulgentibus armis  
Seipsoq; cohors agmine densa premit.  
Namq; alij occulus collum perstringere nodis,  
Et reneras rigido fune ligare manus.  
As; alij nunc huc, nunc illic ducere captum,  
Verberaq; ad sœvæ addere duraminas.  
Tum comites fidi casum indignantur amici,  
Fas ne sit inq; hostes stringere tela rogant?  
Cum Petrus ira animi præceps atq; impete vasto  
Mox aurem servi præsulis ense ferit.  
Condere tela jubet Christus, neq; fidere ferro,  
Quem quis enim illicite sumpserit, ense caderet  
Non tali auxilio, non istis viribus, inquit,  
Nirimur, haud armis, haud opus eſc; gladiis.  
Eſc; pastor cælo, in qui fulmine concitat umbras,  
Cujus ad imperium machina tota tremit,  
Illi centum acies atque omnis militat ether,  
Tot currus, totidem signa tubesq; regit.  
Ille duo mihi posset denas mittere turmas,  
Ereptum si me casibus hisce velit.  
Nunc quoniam patris imperio parere necesse eſc;  
Verum non calicem quem dedit ipse bibam?  
Dixit, & abscissam ferro conglutinat aurem,  
Felicitanans ora cruentæ manu.

Tum verò socij trepida formidina versi.  
Omnis in celerem terga dedere fugam.  
Aspereres hunc jam caput, jam ueste relictus  
Elapsum manibus posse casu saxa tegi.  
Illum speluncas desertaque lustra ferarum,  
Aut loca montanis querere tutajugis.  
At Christum abripiunt, manibus posse terga revinctis,  
Atq[ue] Hanna primum testa superba petunt.  
Ducitur hinc Caiphæ scelerati captus ad aedes,  
Illo qui populi tempore præfus erat.  
Hic siquidem Antistes, cathedralæ tum jura tenebat,  
Consilio promptus dexteriore fuit.  
Viile consilium fuerat namque ore professus  
In quo nostra quidem vita salusq[ue] jaceret.  
Vnum pro multis dabitur caput, unus hic, inquit,  
Morte sua populi cristiæ damnaluet.  
Credimus instinctu sic numinis esse locutum,  
Qui tamen à vero sensu alienus erat.  
Nil querens aliud quam caput perdere Christum,  
Quem mundi factum noscere esse lytron.  
Jamq[ue] Sacerdotis capiebant atria summi  
Primores procerum Pontificumq[ue] manus.  
Omnes infenso pœnas simul ore reposcunt,  
Omnes insonti perniciemq[ue] struunt.  
Hinc Caiphæ senior scandens sublime tribunal,  
Supremi exequitur præsidio officium.  
Captivum sibi jubet atque ita subdolus inquit,  
Pectoris occultos arte tegendo dolos:  
Tunc Dei soboles? versus Deus? æthere ab alto  
Venturum mundo quem cecinere patres?  
Per patris obtestor numen qui sydera fulcit,  
Quisq[ue] potente foveat cuncta creatæ manu.

Fare

Fare age nec te dissimula, quarentibus ultra  
Candidus & qui sis ipse fatere palam.  
Nec te di vino ignari fraudemus honore.  
Et nos perpetuo, justa ruina premat.  
Illum sensit ubi simulata mente locutum,  
Quem non arcani pectoris aula latet,  
Non minus intrepidè nomenq; genusq; faretur;  
Sum, quod ait, summi filius ipse Dei.  
Ipse palam fateor, nec abhinc mora longior obstat,  
Cum cœli plaga me lucida nube vehet.  
Inde ego defunctis judex vivisq; vocatus  
Unicuique feram præmia pro meritis.  
Vix ea dicta dabat medium pro more Sacerdos  
Disrumpens tunicam, talia verba refert:  
Nil osc exspectem magis, en scelus ipse faretur.  
Clara toti indicis res neq; lucis eget.  
Nonne Dei quicunque audet se fingere natum,  
Multari hunc tristi funere jura volunt?  
Tollite convictum Romani ad præsulis ades,  
Pro scelere ut tanto, præmia digna ferat.  
Interea Petrus paribus vestigia curis  
Prosequitur, Domini fata subinde dolens.  
Vtq; sub angustæ de venerat atria sedis,  
Tristis inops animi stans miser ante fores,  
Olli serva domus cui curæ janua herilis,  
Inquit, & huic consors tu queq; junctus eras.  
Ille quidem subita ad vocem formidine pallens,  
Nil quod agat, dubius quodve loquatur habet.  
Quin chari nomen tandem abjuravit amici,  
Pro quo se pridem voterat ipse mori.  
Terq; adeo objectam patriam nomenque magistrum  
Audierat, toties dissimularat idem.

Quando simul rauco mediae jam noctis abactæ  
Cristatæ volucres gutture signa dabant.  
Hic ille aspectu monitus nutuq; magistri,  
Criminis, heu, magnise videt esse reum.  
Tum sese miser incusans turpemq; timorem,  
Ingemit, & lachrymis vix modus esse potest.  
Tandem se Christi vulnu solatur amico,  
Et sibi propicium spendet habere Deum.  
Jam Domini sera captabant nocte quietem  
Mollibus extensi corpora fessa thoris.  
Interea servi captivum ludere Christum  
Cœpere, & diris exagitare modis.  
Namq; hi dum sævis acutant convicia linguis,  
Illi onerant plagis tuberibusq; caput.  
Iam vultus aly spatio sedare serenos  
Gaudent, & laceris vestibus ora tegunt.  
Asperaq; ingeminant velato verbera pugnus,  
Dicentes, quis te, vaticinare, ferit?  
Omnia tam patiens haec pro me Christe tulisti,  
Ne mihi perpetuò pena luenda foret.  
Nestygius in serpens me jurare ruinam  
Audeat, atque ictus multiplicare suos.  
Postridie cœli quando caligine pulsæ  
Exoriens radius sol renovabat humum;  
En procerum collecta manus consurgit & ardens  
Vnanimi studio tota caterva furit.  
Abripiunt vincitum Romani ad præfulis ædes,  
Quem penes arbitrium statq; caditq; necis.  
Omnes criminibus factis & voce fremebant,  
Dignus hic, in ligno qui moriatur, erit.  
At Iude insinuans in viscera lethifer anguis  
Occultum spirat cordis ad ima malum,

Vipere

Vipereo ille quidem jam dudum saucius *icitur*,  
Furtivam iacco pectora vulnus alit.  
Nulla quies animo, nunc quaestus fundit inanes  
Nunc ultrice manu conscientia corde ferit.  
Et secum argentum sceleris causam ipse reportans  
Pontificum tristis pectora limina adit,  
Vociferans vestrum hoc argentum, haec munera vestra  
Quæ premium quondam prodictionis erant.  
At nunc perditio, ac semper lacrymabile damnum.  
Nec non perpetuis poena luenda malis.  
Hei quid commerui? quare mihi proditus insons?  
Perdita quæ lucri tanta cupidus fuit?  
Vera Dei proles, patris alia è mente supremi  
Natus, & æternos hic fuit ante dies.  
Quod pulsis amens tenebris nunc denique cerno,  
Redditacum serò mens meliora sapit.  
Sic lacrymans frustra fatur, repetitque dolorem  
Et simul argentum projicit ante pedes.  
Illi ridentes lacrymantem, ac sera videntem  
Haud tanti socij criminis esse volunt.  
Ergo abit infelix, & fune extrema secutus  
Luctificat fauces strangulat ipse manu,  
Nec non ventosum disrumpunt ilia ventrem,  
Dum trabe funereâ fleibile pendet onus.  
Lucri dira fames quid non mortalia cogis  
Pectora? quo mentes cœca libido trahis?  
Vendidit hic cœlum precio, cœlique parentem,  
Et turpis Domini, mangofit inde sui.  
Sic quia Papa Deum preciosque exponit olympum,  
Nil styga, quam subeat, præter egenus habet.  
Quare eadem merces famosa, catenaque Iude  
Sulphureos vinculum coget adire lacus.

C 3

Pon-

Pontius in ore ea perquirens singula caute,  
Nullius ut vidi criminis esse reum,  
Omnes inde vias rimatur & ad vocat artes,  
Si forte insontem liberet hisce malis.  
Nunc populo coram excusant, nunc carcere salvi  
Præcipit, & sisti liberiore pede  
At magis infestum studet in contraria vulgus,  
Incensisq; animis vis violenta furit.  
Non secus ac rupto si quando carcere sœvit,  
Vincit & oppositam fluctibus unda struem.  
Ergo dum studio sese contendere inani  
Judex, atq; odius gliscere corda videt,  
Crudelem populi sperans sedare furorem,  
Iam loris cædi membra decora jubet.  
Consurgunt alacres ad talia jussa ministri,  
Et paribus studiis aggrediuntur opus.  
Namq; alijs corpus posito velamine nudant,  
Et rigido jungunt poste manusq; pedes.  
AEC alijs sœvis accunt vibicibus iram,  
Molliculamq; virgis dilacerantq; cutem.  
Postea coccinea circumdant veste cruentum,  
Et sacro capiti spinea ferta parant.  
Dant cenuem manibus calamum, regalia sceptra,  
Ec ficto nomen regis honore colunt.  
Insuper & faciles regalia munera præbent,  
Aspera cum spurcis verbera mista jocis.  
Talem in conspectu populi Romanus agebat,  
Si vulgi rabiem forte domare queat.  
Dicito qualis homo, coram quem cernitis, inquit,  
Certe non homo, sed vermis ad instar erat.  
Non tamen hostilem potuit sedare tumultum,  
Vsque sed inclamans gens malesana furit.

Donec

Donec & in partes iudex distractus iniquas,  
Plebis ad arbitrium jura rescindat atrocias,  
Et tandem tristi jubeat succumbere lecho,  
Quem tamen haud capit is dixerat esse reum.  
Deficit hic animus, vox ore resolvitur agro,  
Et gravis officium lingua subire negat.  
Horresco referens tormenta tot, atq; dolores  
Et lethi durum supplicij genus.  
Ecce Dei ac hominum Mediator ab arbore pendet,  
Pro nostra gaudens impietate mori.  
Cernis homo, rigido diffidentum robore corpus,  
Vtq; manus clavus transadigatq; pedes.  
Vtq; Dei ex latere hoc quod cuspide cernis aperte,  
Divini latices ubere fonce fluant.  
Aspice crudeli trajectum pectora ferro,  
Aspice quam largus sanguis inmundet humum.  
Aspice: & plenos lacrymarum fundite rivos,  
Vsq; adeo scelerum vis violenta fuit.  
En complexa sui corporis miserabile nati  
Ipsa parens gremio pignora cara fovet,  
Pignora cara quidem atque olim dilecta parenti,  
At nunc in longos sollicitudo dies.  
Inde creaturæ justi dant signa doloris,  
Et natura suum flet perisse Deum.  
Tum mundo ingrato furatum lumina solem,  
Et lunam radiis destituisse ferunt.  
Ipsa Dei ad vocem tellus tremefacta debucit,  
Saxa q; petrosis disiliuere jugis.  
Nec minus e tebris fama est migrasse sepulchris,  
Perq; vias manes ifse, redisse prias.  
Nos quid ad hæc? animos secura morte sepulcos  
Ad verbi lucem sic revocare decet.

Ecclam

*E tam crudelis lethi perpendere causas,  
Cur Deus ipse velit tam miseranda pati.  
Scilicet eternā nos ut de morte redemptos  
Transferat ad summi regna beata polio.*

**A**ltera jamq; mei pars eſcē exacta laboris,  
Quas Domini ad tumulum solvimus exequias.  
Altera victoris referet de morte triumphum,  
Sed mihi erit brevibus jam peraranda metris.  
Hactenus ad Christi tumulos Ecclesia flevit,  
Sponsa velut sponsi funera mæſta dolet.  
Dum meminit duros iectus & vulnera, sancta  
Corpore quæ patiens innocuus q; tulit.  
Templa domus q; fori squallebant undiq; luctus  
Cuncta q; ſolliciti plena doloris erant.  
Nec tenuis lituus vox confona perculit aures,  
Tympana nec doctis juncta fuere cubis.  
Vlla nec assuetos iterabant Organæ cantus,  
Tantum flebilibus templa ſonare modis.  
Iam læti redeunt plausus jam jubila, cantus,  
Et festos celebrant vir mulierq; dies.  
Quid facit ut resonent tam læti ſydera plausus,  
Ve ferè jam totus gaudia mundus agat?  
Et nova desertis fulserunt gaudia terris:  
Gaudia perpetuo non peritura di...  
Nam quem defunctum modo nuncia fama ferebat,  
Inter viventes erigit ille caput.  
Hostibus atq; suis palmæ non lenteus hombrem  
Eripiens, vitæ dux redi vivus adeſc.,  
Victor adeſt, nullisque hæſit victoria nodis,  
Non illum tellus claudit avara ſimū.

*Nondum*

Nec latidum moles seu duro in marmore clauſtra  
Nec vigilum excubia detinuere virum.  
Nondum ſol roſeis orbem luſtrat ocellis,  
Nec flavo aurora crine rubebat humus.  
Cum propria ſol iuſticia virtute reſurgens  
Viſificum totο ſparſerat orbe jubar.  
Armaq; jacent ceu facta ſtrage cohorteſ.  
Non poſſunt turpi conſuluiſſe fugā.  
Sic pereant omnes inopina clade tyranni,  
Qui tibi Christe tuis vimq; dolumq; parant.  
At ſemper facili lētentur forte beati,  
Qui nunquam fīcta te pietate colunt.  
Eia Deo cuncti facundo pectore laudes  
Promite, nam dignum laude patravit opus.  
Nos premeret gravis irarecos, pānasq; luſcentes  
Æternum stygiis obrueremur aquis.  
Sed tu Christe hominum clades miſeratus acerbas  
Criminis innocuus crima noſtra luis.  
Muſia legi obis, ne lex condenuet iniq;uos,  
Ne nos peccati præmia iuſta premant.  
Tu patris offensi numen, ſudore cruento  
Et prece de vota conciliare ſtudes.  
Duceris in vincis captivus ab hoſtibus, ultrō;  
Eſſet ut æternā compede liber homo.  
Te multo impetas Iudaica ſcommate ludit,  
Et ſacrum turpi conſuſuit ore caput.  
Vt nos multiplici pollutos criminē mundes,  
Sordibus utque tuis crima noſtra regas.  
Serta tibi ſpinis fleſtuntur tempora circum,  
Vt nobis vita ſerta beata pares.  
Ipſe tuo noſtroſ languores vulnere ſanas,  
Eſtq; cuā nobis morte paraſa ſalus.

D

Mortuus

**M**ortuus ac fructus, si tantum mortuus esses,  
Sed non perpetuo funere mersus eras.  
**V**inceris, & rursus devicta morte triumphas,  
Et spolia infra dictis hostibus ampla refrescias.  
**E**ia alaci Domino nova jubila dicite plausus,  
Victori grates o pia turba refer.  
**E**ia duci tanto jucundos edice plausus,  
Et pie grex hilari jubila voce refer.  
**E**xiit e tumulo Christus redi vivus in auras,  
Et moriens viatam morte, superstes adescens.  
**I**llud nempe fuit visu admirabile bellum,  
Quo conflixerunt vitaq; morsq; simul.  
**D**ux obiit vita, redi vivus regnat & idem,  
Contudit & vires mors truculenta tuas.  
**N**on etenim potuit Domini putres ere sanctus,  
Nec potuit fædis vermibus esca dari.  
**M**ors perit esferiens a vidiis hanc fauibus escam,  
At sapit illepidè lento in ore cibus.  
**E**xpuit immisto labefactos sanguine dentes,  
Viribus effractis languet inerme malum.  
**E**xiit e tumulo Christus redi vivus in auras,  
Et pede vietrici dæmonis ora terit.  
**E**t veluti Christus viator de morte resurgens  
In patris æterni vivit ovatoq; sinu:  
**S**ic nostra abstrusis excita cada vera bustis,  
Accipient vivum glorificata decus.  
**H**aud secus atq; iterum cum semine secca virescunt,  
Qua fuerant rigidam morte sopita prius.  
**S**piritibusq; bonis æterno fædere juncta,  
Ante Deum æternæ tempora lucis agent.  
**T**uq; velut tumuli penetras immobile saxum  
Sic poteris nostras tunc referare domus.

*Hisco*

Hicce, cui nos, divitiis letamur amici,  
Plaudimus his læti Christe benigne bonis.  
Tu foribus clausis medio stans agmine fratrum,  
Illi pacifica gaudia voce refers.  
Artas sic reseratenebrarum carcere clausas,  
Ut potes occlusas hic reserare fores.  
Pande animi lucem longa caligine mersam,  
Pervia sint luci pectora nostra tuæ,  
Ut tibi pro tanto referamus munere grates,  
Quamvis par meritis gratia nulla detur  
Ergo quod humani terreno in corpore damni est,  
Sarciet æternis vita beara bonis.  
Nostra quidem hic languet lingua excantata veneno,  
At illic laudi serviet usq; tua.

:  
D. BERNHARDI Clarevallensis Cœnobii  
Abbatis ad Christum in cruce penden-  
tem rhythmica oratio.

S Alve Iesu rex Sanctorum,  
Spes votiva peccatorum,  
Crucis ligno tanquam reus,  
Pendens homo, verus Deus  
Caducis nutans genibus.  
O quam pauper, o quam nudus,  
Qualis es in cruce ludus,  
Derisorum jocus factus,  
Sponte tamen non constus,  
Attritus membris omnibus.  
Sanguis tuus abundanter  
Fusus fluit incessanter,  
Totus lotus in cruore,  
Stas in maximo dolore,

Prædictio

Precius vili tegmine.

O Majestas infinita,

O egestas inaudita,

Quis pro tanta charitate,

Quærit te in veritate,

Dans sanguinem pro sanguine?

Quid sum tibi responsurus,

A&tu vilis, corde datus?

Quid rependam amatori,

Qui elegit pro me mori,

Ne dupla morte moreret?

Amor tuus, amor fortis,

Quem non vincunt iura mortis,

O quam pia me sub cura,

Tua foyes in pressura,

Ne mortis morsu vulnerer,

Ecce tuo præ amore,

Te complector cum rubore:

Me coopto diligenter,

Tu scis causam evidenter,

Sed suffer & dissimula.

Hoc quod ago non te gravet,

Sed me sanet & lavet

Inquinatum & ægrotum,

Sanguis fluens hic per totum,

Vt non supersit macula.

In hac cruce te cuestum

Te contemptum & distentum,

Vt requiram, me impelle,

Et in hoc imple meum yelle,

Fæturus quod desidero.

Vt te queram mente pura,

Si hæc mea prima cura,

Non est labor, nec gravabor;

Sed sanabor & mundabor,

Cum te complexus fuero.

F I N I S,





*H*isce, cui nos, divitius lacrimur amici,  
*Plaudimus his lati Christe benigne bonis.*  
*Tu foribus clavis medio flans agmine fratrum,*  
*Illis pacifica gaudia voce refers.*  
*Arctas sic referat tenebrarum carcere clavas,*  
*Ve potes occlusas hic reserare fores.*  
*Pande animi lucem longa caligine mersam,*  
*Pervia sunt luci pectora nostra tua,*  
*Ve tibi pro tanto referamus munere grates,*  
*Quamvis par meritis gratia nulla decursum,*  
*Ergo quod humani terreno in corpore damni est.*  
*Sarciet aeternis vita beara honis.*  
*Nostra quidem hic languet lingua excantata veris,*  
*Ase illuc laudi serviet usque tua.*

D. BERNHARDI Clarevallensis  
Abbatis ad Christum in cruce pend-  
tem rhythmica oratio.

**S**alue Iesu rex Sanctorum,  
**Spes votiva peccatorum,**  
**Crucis ligno tanquam reus,**  
**Pendens homo, verus Deus**  
**Caducis nutans genibus.**  
**O** quam pauper, o quam nudus,  
**Qualis es in cruce ludus,**  
**Derisorum jocus factus,**  
**Sponte tamen non coactus,**  
**Attitus membris omnibus.**  
**S**anguis tuus abundanter  
**Fusus fluit incessanter,**  
**Totus lotus in cruore,**  
**Stas in maximo dolore.**

